904

sibi Recognoscenti inscripta et coram Actis praesentibus Castrensibus Capitan Premyslien feria secunda post Dominicam Innocavit Quadragesimalem in Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono proxime praeterito modo obligatorio in bonis villa Cryszka in Palatinatu Russiae Terra Premysliensi Districtu vero Preworscen sita et consisten ad soluendum assecurata necnon et de eadem ipsa Inscriptione Castren Capitan Premyslien obligatoria super summam praefatam sese extendente omnibusq et singulis eiusdem Inscriptionis obligatoria conditionibus et contentis ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscenti propromissio omnibus praestitam satisfactionem et summae supra scriptae octodecem Millium florenorum Polonicalium realem et effectivam persolutionem quietat emittet dimittet et liberum absolutumq pronuntiat perpetuo et in aevum. Inscriptionem eandem obligatoriam Castren Capitan Premyslien cum omnibus illius nexibus et ligamentis in toto et totaliter cassat mortificat et annihilat. Haec sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Zielonka Mocum Daniłowicz Pocillatorem Regni Quietat.

96 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premyslien Generosus Stanislaus Zielonka sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrens

Recognitum.

stren Capitan Praemyslien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis gnaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subyciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Magnificum Nicolaum a Zurow Damilowicz Pocillatorem Regni Rubiezowien Lipmen etc. Capitaneum et ipsius Successores ad summa Viginti Quatuor Millium Florenorum Polonicalium per eundem Magnificum Pocillatorem Regni sibi Recognoscenti inscripta et super bonis villa Vsnanowa in Palatinatu Russiae Terra vero Sanocen consisten modo obligatorio in Iudiciis Confoederationis Palatinatus Russiae Terra Praemyslien et Districtu Przeuorscensi, positioneq electorum Terrestrium Feria Tertia post Festum Sanctae Agnethis Virginis et Martyris Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono ad soluendum assecurata nec non de eadem ipsa inscriptione Iudiciorum Confoederationis Praemyslien obligatoria super summam praefatam sese extendente omnibusq et singulis eiusdem inscriptionis conditionibus et ligamentis ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscen pro praemissis omnibus praestitam satisfactionem et summa praefata viginti quatuor Millium Florenorum Polonicalium realem et effectiuam persolutionem quietat emittit dimittit et liberum absolutumq facit et pronuntiat. Inscriptionem eandem obligatoriam cum omnibus illius et singulis conditionibus et ligamentis in toto et totaliter cassat mor-

tificat et annihilat, ac de bonis iisdem condescendit. Recognoscens sibi summa eiusdem suprascriptæ realem et effectivam praestitam esse persolutionem. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia accedente.

Idem Magnificus Daniłowicz Pocillator Regni & Zielonka sese mutuo Quietant.

97 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Magnificus Nicolaus à Zurow Daniłowicz Pocillator Regni Rubiesrowien Lipinen Capitaneus ab una, et Generosus Stanislaus Zielonka parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes à Terris districtibus fundibus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castren Capitan Praemyslien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum succori bus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ex plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum suo pro interesse seorsim et specialiter recognovit. Quia ipsi sese mutuo et invicem de Intercisa certa inter se Recognoscen ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum de Actu et data illius hic Praemysliae Feria Secunda post Festum Sancti Matthiae Apostoli Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono proxime praeterito confecta et conscri

pta